150
~~Reg. Ang. ... de ...~~

sicut decet. A qua secrecia presentis anni VI. indictionis
excluse fuerunt dec(ime) vini et olei, si que in terris dema-
nii nostri ipsarum parcium curie nostre debentur, que pre-
dictis secretis anni V. indictionis predicte cum aliis iuri-
bus et proventibus eiusdem secrecie locate et concesse
fuerunt, quia huiusmodi decimas per eosdem magistros
procuratores cum predictis domibus vineis iardinis olive-
tis et possessionibus aliis curie nostre a principio presen-
tis anni VI. indictionis mandavimus pro parte nostre
curie procurari; quibus eciam iudici Peregrino et sociis
concessimus pro toto eodem anno ~~sexte~~ VI. indictionis
iura et proventus salis in eisdem partibus Sicilie ultra
predictam summam pecunie et victualium et vini,
quam pro predicta secretia dare tenebantur, pro tota
et integra illa quantitate pecunie, quam Bartholo-
meus Acconzaiocus et Laurencius Ruffulus de Ra-
vello dudum magistri procuratores Sicilie curie nostre de
proventibus et iuribus salis tempore ~~[illegible]~~ eorum
officii pro anno uno completo ad plus pure et liquide + liquide
~~[illegible]~~ dederunt debent et ~~[illegible]~~ dare debebunt, sicut
apparebit per racionem eorum, quam de eorum
officio salis posuerint coram magistris racionalibus
libris magne curie nostre, et ultra totam quantita-
tem ipsam pro aliis unciis auri ducentis ponderis
generalis in quibus pro presenti anno VI. indictionis
iura et proventus salis in nostra curia augmenta-
runt, cum pactis et condicionibus infrascriptis:
videlicet [1] quod de sale existente in salinis et fundicis